

NORMAS DEL TRIBUNAL DE LA ROTA ROMANA. TEXTO Y COMENTARIO

I. TEXTO

ROMANAE ROTAE TRIBUNAL. NORMAE *

PROEMIUM

Quammaxime decet Apostolicae Sedis Tribunal ordinarium a Summo Pontifice constitutum appellationibus recipiendis, quae est Rota Romana (cf. can. 1443), suis regi peculiaribus normis (cf. can. 1402 et art. 130 Const. Apost. *Pastor bonus*), sive quod attinet ad eiusdem constitutionem necnon singula Auditorum seu Iudicum aliorumque addictorum officia, sive quod spectat ad proprium ordinem iudiciarium.

Exinde, quo ad nostra tempora proprius accedamus, factum est ut, promulgato Codice iuris canonici Piano-Benedictino, quem vocant, anno MCMXXXIV die 29 mensis Iunii «Normae Sacrae Romanae Rotae Tribunalis» ederentur Pii Pp. XI imp. mem. auctoritate adprobatae et promulgatae, in Rota vim legis hodie usque habentes.

Pro temporum necessitatibus autem oportuit, potissimum post Concilium Vaticanum II et renovatum Codicem iuris canonici a Summo Pontifice Ioanne Paulo Pp. II in

TRIBUNAL DE LA ROTA ROMANA. NORMAS

PROEMIO

Es muy conveniente que el Tribunal ordinario de la Sede Apostolica constituido por el Romano Pontífice para recibir las apelaciones, que es la Rota Romana (cf. c. 1443), se rija por sus normas propias (cf. c. 1402 y art. 130 de la Const. Apost. *Pastor bonus*), tanto en lo relativo a su propia constitución como a cada uno de los oficios de los Auditores o Jueces y de los demás cargos, o en lo que se refiere al propio orden judicial.

De acuerdo con esto, y con objeto de acercarnos a tiempos más recientes, aconteció que, promulgado el Código de Derecho Canónico llamado Pío-Benedictino el 24 de junio de 1934, se publicaron las «Normas del Tribunal de la Sagrada Rota Romana», aprobadas y promulgadas por la autoridad de Papa Pío XI, de imperecedera memoria, las cuales han estado en vigor en la Rota hasta el día de hoy.

Pero de acuerdo con las necesidades de los tiempos, sobre todo después del Concilio Vaticano II y de la renovación del Código de Derecho Canónico para los latinos

* AAS 86, 1994, 508-540.